

Thomas Lindemann

**Rector Academiae Rostochiensis Thomas Lindeman I.D. & Professor. Ad sacrum  
funerale, Quod ... Bernhardus Clingius Reip. huius Senator ... filio suo ...  
Bernhardo Klingio adornatum expetit, Omnes Omnium Ordinum Cives  
Academicos peramanter ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747411549>

Druck Freier  Zugang



Lindeman, Th.,  
in **B. Clinge.**  
R. 1623.

//







146.

RECTOR

ACADEMIE ROSTOCHIENSIS

THOMAS LINDEMAN

J. D. & Professor,

Ad sacrum funerale,

quod

PRUDENTISSIMUS ET SPECTATISSIMUS

BERNHARDUS  
CLINGIUS

Reip. hujus Senator meritissimus

filio suo mellitissimo

BERNHARDO KLINGIO

adornatum expetit,

OMNES OMNIUM ORDINUM

Academicos peramanter & observant  
invitat.



ROSTOCHI

Excudit JOACHIMUS PEDANUS, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXIII.

//



RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS

THOMAS  
LINDEMAN  
J. U. D. ac Professor.



*Una Pompilius Romulidum  
Rex Secundus nomotheta  
prudentissimus, menscm hunc,  
quem agimus Januarium Fa-  
no bifronti sacravit, eoq; ipso  
homines, una facie transacti  
anni exitum respicere, alte-  
ra futuri orsum prævidere, & exinde temporis ipsius  
fugacitatem & vanitatum humanarum mirabilem  
regyrationem expendere, & ad quosvis casus ani-  
mum armare & obfirmare oportere, indigitare  
voluit. Annorum namq; & temporis continua-  
tionem qui accuratè dispicit, quamvis horam, quod-  
vis*

vis momentum calamitatum concatenatam seriem  
nobis ob oculos ponere, intelligit. Quod ipsum Hor-  
misda Persarum Rex ab Imperatore Constantino, ad  
contemplationē & Illustrationem Romana magnificē-  
tia invitatus, in altissimam speculam deductus &  
quid de Urbe Roma statueret interrogatus, piē cōside-  
rans se vel hunc solū fructum inde sentire respondit,  
quod in quamcunq; partem oculos converteret, omni  
anni tempore, imo qua vis hora divites, pauperes,  
juvenes senesq; mortuos efferri & humari cerneret.  
In hujusmodi speculam, cum nos omnes quo vis anni  
tempore, tum verò imprimis hoc mense Januario,  
Virum Amplissimum & Spectatissimum BERN-  
HARDVM CLINGIVM Senatorem hujus Reip. me-  
ritissimum compatrem, affinem & amicum nostrum  
honorandum, se hova supremus temporis arbiter de-  
ducit, eiq; geminam quasi faciem retrò & ante fu-  
nestum spectaculum conspicientem induit. Sub fi-  
nē namq; anni præteriti Jano Clusino fores elauden-  
te, ipsis salvificis natalitijs universalibus, mortualia  
filiolæ SOPHIÆ ELISABETHÆ egit. Sub auspiciis  
novi anni, & Jano Patulcio apparente, aliquanti-  
sp̄er respirare à Lesso cepit, vota amicis felicia desti-  
navit, successum latiore speravit. Sed eheu in ipso  
bonæ spei quasi capite constitutus, nil mali suspicans,  
in novum & quidem non vulgarem, nec priori mi-  
nore, sed domesticum acerbissimum mœrorem eēt



conjectus. Die namq; 21. hujus mensis sub vespe-  
ram filiolum BERNHARDVM letum, sanum & va-  
lidum post organi pulsationem, qua pater eum infor-  
mari curabat, in museum deduci vidit, ubi is biblica  
lectione, qua mirificè & quidem supra etatem ita  
oblectabatur ut lecta ulterius à præceptore sibi expli-  
cari efflagitaret, absolutâ, ad quietem se composuit  
nec ulla morbi ullius præsaga indicia, nisi forte vi-  
diorem & pleniorẽ eoque nomine de suis bonis sus-  
spectam faciem. (ut Celsus loquitur) præ se tulit. Ve-  
rum circa decimam noctis subitanea vomitione cor-  
reptus est, qua humores pravi concitati, cerebrum  
repleverunt, viresq; prostraverunt. Insequenti die  
morbus subito succrevit & in tantum invaluit ut 23.  
hujus mensis sub conticinium noctis animam creato-  
ri suo reddiderit. Medici scribunt & subscribit ex-  
perientia vulnera recentia se antequam coaluerint  
refricentur, exquisitissimos cruciatus concitare. Ast  
omnes cruciatus & dolores mæroris ex libero-  
rum prematuro obitu concepti amaror superat. Is  
verò in parente CLINGIO hoc ipso tempore eò est ve-  
hementior quò crebrius, quadriennio proximo recru-  
duit. Anno namq; 1618. filiola ANNA MARGARE-  
TA & BARTHOLOMÆO filiolo orbatu eandem for-  
tunam denuo intra mensem proximum est expertus,  
Dolor hicce non corpus affligit; sed cor penetrat, imò  
ipsum naturæ ordinem (teste Jureconsulto) turbat.  
Unde

Unde nec ipse Patriarcha Jacob filioli Josephi, quem dilaniatum putabat, tunicam deplorans Genes. 37, nec David Absolonis transfossi interitum lamentans 2. Samuel 18, nec Anna Tobiam filium reditum protrahentem quasi interemptum inclamans Tobia 5. aliq, viri cum sancti tum fortes pro liberis mortem oppetentes, luctum hujusmodi moderari sustinuerunt. Salomon mæroris talis vehementiam in libro sapientie sub figura patris filio prematura morte sibi erepto, sculptile idolum erigentis ei, cultus divinos destinantis depingit: ad mores gentilium pravos respiciens, qui Manibus liberorum idololatricis cultibus sacrificabant, filios demortuos inter sydera referebant, vel Diis accensebant: Quinetiam ad Saturni in pueros sevitiã averruncandã, eidem liberorum propriorum hostijs circa hocce anni tempus funesta & bruta sacra parabant: At hujusmodi immolationes mærorem non leniebant, sed augebant, liberos non liberabant, sed æternis cruciatibus mancipabant. Nos vero Christiani, qui filiolos nostros moriendo non interire, sed per mortem ad vitam transire scimus, & credimus, eosdem veluti pignora nostræ fidei commissa vero domino lubentes restituimus. Romæ ad janum debitores boni ære sibi credito ultrò & sponte, reali solutione se statò ac dicto termino liberabant. Jehova nobis liberos non mancipio vel do-

minij iure concessit, sed sub certâ restitutionis lege  
credidit, ideo grave nobis esse nequit si suum credi-  
tor reposcat. Quinpotius gratia magna est credi-  
toris, quod nos miseros non in solidum excutit sed  
partem tantum pignorum conjugaliu liberorum  
scilicet & quidem non uno termino, sed intervallo  
interjecto repetit & ramusculum tantum a vellit,  
ad solutionem verò totalem parandam ulteriores in-  
ducias & deliberandi spacium, imo revigescendi  
& debitum exactum recolligendi, adminiculum  
& subsidium, stirpisq; conjugalis radices salvas &  
incolumes relinquit. Gratiam hancce pij paren-  
tes merito agnoscere, & ne ipsa radices vel bulbis  
conjugalis immoderato luctu afficiatur vel ledatur,  
adeoq; mœror multiplicetur, piè & patienter cavere  
debent. Stirpis hujus à qua palmes ante triduum  
avulsus hodieq; Creditori & Satori Jehovæ ma-  
trig; terra reddendus prodiit & effloruit, originem  
progressum, presentemq; statum crebrioribus, prob-  
dolor, funebribus programmatibus delineatum vi-  
distis legistis, ideo eundem denuo recensere necesse  
haud duco. Quid enim avum animula defunctæ vi-  
rum Consultissimum BARTHOLOMÆUM CLINGIUM  
Juris Doctorem & almae nostræ matris antecesso-  
rem celeberrimum consiliarium Domus Megapoli-  
tana fidelissimum, Reip- hujus amicum & fauto-  
rem syncerum, collegam & profocerum nostrum ho-  
noran-

novandum collaudem? Virtus ejusdem mortem ac oblivio-  
nem, bene merita ipsam invidiam superant. Quid avum  
maternum Virum spectatissimum HENRICVM Steinbringl  
Divi HENRICI Julij ad sylvam Hercyniam prefectum referam?  
Integritas, fidelitas, & constantia ejusdem publicis documen-  
tis satis inclaruit & etiamnum fulget. Avida paterna  
AGNETA KRONIA, materna, ANNA LIPPIA  
utraq; virtutum matronalium decore conspicua adeoq; illustre  
& cedro dignum aviarum par exstitit. Ex hac tam generosa  
stirpe progeniti defuncti filioli parentes BERNHARDVS  
CLINGIUS, & femina lectissima SOPHIA ELISABETHA  
Steinbrinck, non potuerunt nisi bonos nobilesq; procreare sur-  
culos, inter quos BERNHARDVS filiobus 12. Junij Anno  
1615. protuberans eminere, & ut nomine ita & virtute stirpem  
paternam representare & à primo vagitu indolem gene-  
rosam, per avitum & paternum quasi traducem instilla-  
tam & ingenitam polliceri cepit. Parentes de hocce  
tam jucundo & optatissimo surculo recte fovendo, educando &  
exornando solliciti, cultores preceptores fidos & industrios à  
prima infantia ei adjunxerunt, quibus uti & parentibus mori-  
gerus pietatis imprimis amans fuit. Unde prima literarum e-  
lementa non tantum, sed & imprimis preces pias avida mente  
imbibit & veluti cum materno lacte haustas singulari cum  
prolubio crebrius recitavit, hujusq; exercitij pietatis fructum  
salvificum mirabilem & memorabilem in hocce morbo & ipso  
mortis agone expertus est. Nam cum nudius tertius morbi in-  
gravescens & mortem accelerantis violentiam perentisceret,  
non ad Esculapium quendam provocavit: sed ad verum Me-  
dicum Jehovaham se convertit, oculis in caelum fixis, manibus  
complicatis, animam creatori suo cum suspirijs & gemitibus com-  
mendavit & animo in corpore puerili, divinitus excitato viri-  
li, Davidicum illud ingeminavit: Cor mundum crea in me  
Deus & spiritum rectum innova in visceribus meis, ne  
pro-

projicias me à facie tua & Spiritum Sanctum tuum ne au-  
feras à me. Idemq; germanico idiomate sapiuscule repetijt &  
quotidianam precattunculam attexuit: Horam felicem vi-  
vendi & moriendi concede nobis O Deus, subjungens nul-  
lo praeunte pios hosce germanicos, quos didicerat ritibus:

O Herr deine Ohren neig zu mir / Aus gnaden dich meiner erbarmet/  
All mein begier stehet nur zu dir / Erret mich mit deinem Arme/  
Mit Angst ich hoch umgeben bin / Und weiß khunde nirgende hin/  
Denn zu dir H E R R alleine.

Mein arme Seel voll Zammers ist / Der Geist in mir verschmachtet/  
Mein Herz im Leib sich nagt und frist / Viel sinnet und betrachret/  
Und findt doch nirgend rast noch ruhe / O lieber Gott sprich du mir zu/  
Ich muß sonst unter sincken.

Hisce precibus fufis, ingemiscens, ad requiem se componens pla-  
cide velut obdormiscens animam in sinum Abrahæ efflavit, ubi  
ea nunc sola candida amicta, coram throno Jehovæ vera Am-  
brofia vescitur, æterna letitia potitur & fruitur. Hanc bea-  
titudinem pij parentes filio suo minime invident, sed potius  
à filio mori & vivere discunt, ad eandem viam ex hoc erga-  
stulo & terrestri exilio ad requiem & caelestem patriam ducen-  
tem calcandam se preparabunt. Nostri vero officij est ut  
justa pijs exuvijs debita à parentibus mæstis parata comitatu  
frequenti & decenti ex ornemur, humanitatem, gratitudinem  
& condolentiam erga totam CLINGIANAM familiam de-  
nuo declaremus. Itæ ergo exequias, Cives Academici omnium  
ordinum honoratissimi & hodie hora prima in æde Mariana ad  
mortuale sacrum convenite, nec tantum bene mori discite, sed  
& ut nobis in pace externa moriendi facultas sit eum supplici-  
tus orate, qui claves belli & pacis in manu sua habet, huicq;  
Germaniam dulcissimam patriam nostram afflictissimam &  
tantum non sedibus suis evulsam, nec non patronos nostros cel-  
sissimos, munificentissimos omniumq; nostrum salutem precibus  
vestris cum semper, tum sub felici hujus anni auspicio commen-  
date. P. P. sub sigillo Rectoratus 24. Jan. Anno 1623.












norandum collaudem? Virtus ejusdem mo-  
nem, bene merita ipsam invidiam superant.  
maternum Virum spectatissimum HINRICI  
Divi HINRICI Julij ad sylvam Hercyniam præ  
Integritas, fidelitas, & constantia ejusdem pa-  
tis satis inclaruit & etiamnum fulget.  
AGNETA KRONIA, materna, ANNA  
utraq; virtutum matronalium decore conspicua  
& cedro dignum aviarum par existit. Ex h  
stirpe progeniti defuncti filioli parentes BERN-  
CLINGIVS, & femina lectissima SOPHIA B  
Steinbrink, non potuerunt nisi bonos nobiles q  
culos, inter quos BERNHARDVS filioli  
1615. protuberans eminere, & ut nomine ita &  
paternam representare & à primo vagitu  
rosam, per avitum & paternum quasi tra-  
tam & ingentiam polliceri cepit. Paren-  
tam jucundo & optatissimo surculo recte fovem  
exornando solliciti, cultores præceptores fidos  
prima infantia ei adjunxerunt, quibus uti & p  
gerus pietatis imprimis amans fuit. Unde pri-  
lementa non tantum, sed & imprimis preces p  
imbibit & veluti cum materno lacte haustus  
prolubio crebrius recitavit, hujusq; exercitij pi-  
salvificam mirabilem & memorabilem in hoc  
mortis agone expertus est. Nam cum nudius t  
gravescentis & mortem accelerantis violentian  
non ad Esculapium quendam provocavit: sed  
dicum Jehovam se convertit, oculis in calun-  
complicata, animã creatori suo cum suspirijs &  
mendavit & animo in corpore puerili, divinit  
li, Davidicum illud ingeminavit: Cor mund  
Deus & spiritum rectum innova in viscerib



the scale towards document